

A rogaretur, nunquid fieri impetaret? Nihil, inquit, quam ut entes aptetis facendis Gallorum barbis, Insinuabat, cominus non eminus pugnantium. L. Beyerlinck supra Tit. Barba. Consule Tit. de Barba. Capillus. Item locum de Luxu. Tit. Luxus corporis. S. Capilli. Pili. &c. Denique locum de Piliis in litter. P.

Abrenuntiatio.

Idem quod Abdicatio, Negatio.

QUOTUPLEX. QUARUM RERUM?

Abrenuntiationem triplicem statuit Io. Cass. collat. 3. qua est Abditio Paphnutii c.6. Prima est, qua omnes divitias contemnimus, de qua Christus: Qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus. Secunda, qua mores affectusque vitionum pristinos refecimus.

Tertia, qua mentem a terrenis ad caelestia revocamus. QUANDO FACIENDA? Palam, & velut in publico fit jam olim in Baptismo, ut nempe baptizandus confiteatur, vel per se, si fuerit adultus, vel in partio, si infans, & confestetur se abrenuntiare Diabolo, & omnibus illius pompis, & Angelis. Videatur Tertull. lib. de corona militis cap.3. Eunque morem etiam Lutherani hodie observant.

Et arbitrantur nonnulli, hunc ritum desumptum esse ex eo, quod S. Petrus Act.2. initio praedicationis monet, fugiendam esse societatem cum malis, & perversis. D. August. ad Catech. scribit in hunc modum: Diabolo vos renuntiate professi estis: in qua professione, non hominibus, sed Deo & Angelis ejus confcribentibus, dixistis, Renuntio. August. lib.4. de Symbolo fid. ad Catechum. c.1. Ambros. lib.1. de Sacrament. cap.2. Fit etiam Abrenuntiatione prima specie in solemnibus Professione Religionis. Ut ad prius essentiam pertinet paupertas voluntaria, quae similem renuntiationem includit. De qua suo loco.

QUANDU EA SERVANDA. S. Ephrem Syrus dicit, eam renuntiationem servari debere usque ad mortem. In die enim iudicii, ait, Angeli proferent chirographum tuum, & verba oris tui coram formidabili tribunali, & ex ore tuo iudicaberis. Serm. de compunct. tom. 3. Quare simul de voluntaria paupertate. Conceptus Divitiarum. Valutaatum Deservatione, &c.

Abrogare. Abolere. Tollere. QUID. NEMPE Leges, Consuetudines abrogare. Sub loco Insuper, Leges iniustas abolere. Ex Oppia, lata fuit M. Oppio & T. Romuleo tribnibus populi, Q. Fabio & T. Sempronio Cossim medio ardore Punico belli, ne qua mulier plusquam feminiam auri gestaret, neque vestimento diversi coloris uteretur, neque vestitulum curis in urbe oppidove ad mille passus, nisi facerum cursum, uteretur. At recepta Hispania, & subjugata Africa, tulerunt plebiscit. de abroganda lege, M. Fundanibus & L. Valerius tribuni populi. Brevius & Tius Junius legem Oppiam neabantur, nec etiam abrogari se passuros aebant. Ad hanc dem vero dista adendumque multi nobiles prodiant. Capitolium turba hominum faventium ad vestiantiumque legi complebatur. Matrone nulla ne auctoritate, nec verecundia, nec virorum imperio contineri limine poterant. Omnes enim vias urbis aditumque in forum obfidentes, viros defcendentes ad forum orabant, vel fiorente publica, ac per consequens crescente in dies etiam privata, omniumque fortuna, matronis quoque pristinum ornatum reddi pareretur. Augebatur hac mulierum frequentia in dies: nam etiam ex oppidis conciliabulisque convenerant. Jamque consules, & praetores publice rogare audebant; habebant tamen alterum Consul. Marcum Portium Catonem inextorabilem, qui pro menda lege publice orationem habuit. Contra vero Lucius Valerius pro rogatione mulierum confutavit Marci Portii Catonis orationem. Victi rita-

que mulierum peritio, ut lex abrogaretur. Omnes enim E urbis matronae, & mulieres una acie in Capitolium concidententes, rogantur omnes magistratus ac tribunos. Ex qua res tantus fuit mulierum favor, quod omnes pariter iudicaverunt, legem Oppiam esse abrogandam; quae vicifimo, postquam lata fuerat, anno abrogata est. Io. Germd. lib.6. Paral. Hispanie. ROMANI olim lege nepotes ducere prohibebantur, qua ipsa tamen post saluta est tali occasione. Vir quidam pauper, ceterum bonus, & cum primis popularibus acceptus, quum neptem, cui dos ampla esset relicta, in matrimonium accepisset, locuples ex eo, & copiosus factus est. Eius rei accusatus iudicio multitudinis absolutus est. Plebiscitum deinde factum, ut in ducendis uxoribus, ad nepotes usque descendere liceret, superiote necessitudine prohibita. Plut. in quast. Rom. Vide locum de Polygama abrogata. A. Item lege antiqua scripta abolere. Consule locum Ignominiae. Libri exstiti. JOANNE Iudaeorum Rex scriptum Hieremia Prophetae in die jejunii populo per Baruch amanuensem ejus propositum sibi per Judi praegeli curavit. Sed vix dum tribus pagellis praecit, quod Regis Assyrii incursionem, & Hierosolymorum devastationem minaretur, arreptum codicillum scapello disfidit, & in ignem projecit. Hierem. c.36. Chaldaeorum Reges libros Moisaicos & propheticos omnes, capta Hierosolyma, exusserunt, teste Eusebio in libro Temporum. Quam deinde jacturam Efdras scriba vivaci reparavit memoria. Vide Tit. Memoria excellentes. Ephesiorum urbs Magos plurimos aluit. Qui ad fidem conversi, congestos libros in conspectu omnium cremaverunt. Quorum pretium L. nummorum milia superavit, hoc est, v. M. ducatorum. Act. 19. AUGUSTUS tragediam scribere adortus erat Ajacem. Eam, siue jam quod dupliciiflet, ut Macrobius refert, siue stylo non succedente, ut Suetonio videtur, abolevit: & interrogantibus amicis, Quid Ajax suus ageret? In sponsiam, inquit, incubuit. Edidit Caligula Caesar certamen Graecae Latinaeque facundiae in Gallia Lugduni, quod certamine fecerunt victoribus premia victos contulisse, eorumdem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime displicuerant, scripta sua, G sponsialinguave delere jusfos, nisi ferulis objurgari, aut summine proximo mergi maluissent. Suetonius in Caligula. STYLLICO Honorii Caesaris socer concitatus in generum seditionem, versum omnes Sibyllinos curavit abolendos. De quo factio loquens Claudianus inquit: Nec tantum Geticae gurgastus proditor armis, Ante Sibyllinae fata cremavit opus. L. Vives in lib. 17. August. de civit. Dei. cap. 23. Saracenos ubique Romanas litteras delevisse, & libros exussisse, & suos substituisse, Jacob. Curio l.2. Chron. annotat. Jo. Picus Mirandula elegiaco carmine amores luserat. Eos quinq; exaratos libros religionis causa ignibus tradidit. Multa itidem rhythmis luserat Herulfis, quae pari causa par ignis absumpsit. Ioan. Franciscus in eius vita. Diocletianus Imp. Nicomediae edicto mandavit, ut qui Ecclesiam praesiderent, ubique gentium in vincula traderentur, nisi victimas diis ritu gentilicio immolassent, ad quod omnibus tormentorum generibus cogenterent. Hoc edictum H in publico propositum, Civis quidam Nicomedensis ibi audivit, naptum ad eum locum accurrit, ac tanquam impium manibus avulsim confidit, itaque primus omnium sacra martyri corona donatus est. Sign. lib. 1. Imp. occid. Testamenta corrumperet. Mortuo Philippo Maria, Mediolanensis populus ad libertatem proclamavit, duodecim viros electos, qui republicam administrarent. Castrum portae Jovis captum ac dirutum est, & testamentum Philippi dilaniatum, quo Alphonsum Aragonum haeredem instituerat. An. Sylv. cap. 149. Europa. CUR. CAUSAS Tranquillitatis. Cn. Pompejus Sertorii monumentis in Hispania potius, in quibus multorum epistolarum pincipum erant, qui cum praesentem rem m statu movere & verare temp. cuperent, Sertorium in Italiam avocabant: omnes concremavit, penitentiae locum dant, & ut corrigere se improbi possent. Plutarchus in apoph. 130.

IGNOMINIA. Vide locum Ignominiae, Statue everfa, Domus demolita, & similia. Abfentia. Abfentes. Sive Persona, siue Resipit. De utrifque hic locus accipitur. ABSENTIUM DESIDERIUM. Utrupa REIBONAE. Consule locum reatorum. IMMORTALITATIS. CLEOMBROTUS Ambraciota, lecto Platonis Phaedone de immortalitate anime, ut ex hac vita, quae est velut mors quaedam, ad immortalitatem migraret, est muro se in mare dedit praecipitem. Cic. in 1. Tully. in eum exortat epigramma Callimachi Graecum. EMPEDOCLES Philof. Agrigentinus in Etina in insilit immortalitatis amore. SCIENTIAE, COGNITIONIS. Silegitima fit & decora, laude digna est. Sin indecora. CURIOSITATIS nomen sibi eximie vendicat. Plutarchus πολυπραγμοσυλλος definit, φησὶ δὲ μὴδὲν ἀδοξον κακῶν, id est, Curiositatem, Studium aliena mala cognoscendi. Atque id hominum genus lamis fimilest, quae domi oculos reconditi habent, foras egreffurae reponunt: atque ita fit, ut domi caecutiant, foris sint oculatiffime. In hujusmodi praeposteris oculatos eleganter torserit illud Sophoclis de senibus dictum: Πησῆδος ἰδόντων ἐγγυδὸν τὸ πρὸς τυφλῶν. id est, Procul videns, sed cominus videns nihil. Nam id senibus accidit, ut propius admota non cernant, longius remota videant. Eras. in Aaag. Arcanorum. De hac ipsa quoque infra sub Investigatione. Ovid. 2. Metam. fabulam narat, quemadmodum Miner-va dederit cotodiendum Erichthonium cista vinuina claufum filibus Cecropis, monitis prius, ne curiosi, quod inclusum esset, inquirent: ipsas ed magis arffise cupiditate videndi: ita detectum puerum, resolutis cista nodis, vidiffique cubantem una draconem. Pausanias Pandrosam deae paruisse narat, reliquias duas reatiffie, id est, in forem verfas ex aetis loco maxime praecipite dejeciffe se. NICAULA Saba, Aethiopum Regina, ex intimis regni finibus, ad spectandam audiendamque Salomonis sapientiam, Hierosolymam venit. 3. Reg. 10. Sultitiae. ARAGONI proceres Ramiri ex Monacho Regis imperium irridere soliti, cum ille Campanam tam magnam se facturum divulgasset, cujus sonus per totam Hispaniam audiretur, in Olfam civitatem studio videndi convenientes, ab eodem singillatim comprehensiffi & capite plexi fuere numero xv. Filiis patrum cadavera ostendens, eadem erga illos severitate se usitum affirmavit, si patientium mores imitarentur. Marian. l.8. rer. Hisp.

ALIMENTOTURM, CIMI, PONTIFEX. Ex loco Fames & Sitis memorabilis, item Cruxula & Brietatis, hic paragrahus illustrari potest. Esau famelicus est venatione rediens, lentis edulis jus sive primogeniturae patri Jacobo vendidit. Gen. 25. 32. ISRAELITAE in deserto penuriam patientes, dicebant se super ollas carnum in Aegypto fedisse: oblitii graviffime servitutis, quae vexabantur. Exod. 16. Dicebant iidem in deserto: Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis. Num. 11. Quid Rex agrosus de puteo Bethlehem aquam bibere cupiebat. Quam tenens ipsam modò non sanguine trium fortissimorum militum comparatam bibere reculavit. 2. Reg. 23. CONVIVIORUM, CONVIVIBETAE. Notati sunt olim Myconii insulares, quod ob tenuitatem alienas cenas captarent. Proinde, qui invocati ad convivium venirent, Myconii more venite dicebantur. Invehitur in Periclem Archilochus apud Ath. in 2d. fragm. de veteri Graecorum vita. de r. 404. quoniam dicitur, qui invocatus

ingereret se ad convivia, Myconiorum more. Eras. in E Adag.

ULTIONIS. THEOCENES, gnomologus aliqui praclarus, inter suaviffimos motum flores has quoque spmas atque tribulos interterit, inquiens: Ζεὸς μοὶ πρὸς τὸ εὐχάρον εὐλαστῶν, οὐ με περὶ οὐρανῶν, Τὸν τ' ἐχθρῶν μὲν ἰσθρὸν Κλέρη δὲ κηρύττειν, X' ἐπὶ αὐτὸν ἀδύνατος ἵσθρ' ἀδύνατον δὲ τοῦ θεοῦ, Εὐ δὲ κηρύττειν μὲν ἰσθρ' ἀδύνατον.

Jupiter mihi amicorum det remunerationem, qui me amant, & ut inimicis potentior sim, ut sic possim videri inter homines Deus esse, si ultum inimicos me fors apprehendat mortis. L. Sylla rerum potius, in C. Marii caput pecuniam pronuntiavit. Plut. in Sylla. Coracota latro insignis in Hispania fuit. Eum qui cepisset vivum, decem aureorum millia ab Augusto accepturus videbatur. At postquam in ultro Angusta fidei se commisit, immunitatem ei concessit, & muneribus insupet affecit. Dion. in Augusto. DIVITIARUM COMPARANDARUM. Auri fames. Consule locum Avaritiae, quatenus Amorem divitiarum completur.

GEMMARUM. Ferunt, C. Julium Caes. Britanniam petiffe spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus, Gemmas, toreumata, signa, tabularum operis antiqui semper animosiffime comparasse: servituta recentiora politioraque immenso pretio, & cuius ipsam etiam puderet, sic ut rationibus veterat inferri. Suet.

HONORUM. Ex loco Studii gloriae, & Ambitionis, get antur exempli. Coloffus impendio delectabatur olim Imp. Romani, quibus, ut videtur, magis erat cordi maximos esse, quam optimos. Eras. in Aaag. IMPERI, REGNI, REGIONIS occupanda. Vide locum Ambitionis in regno affectanda. MAXIMUS Constantini Imp. legatus, Britannia subjugata, G a militibus Augustus dictus, orbis totius imperio inhians, in Galliam trajecit, Gratianum Caes. militum insidius interfecit. Per Germaniam inde & Italiam tributum solo nominis terrore undique exigentem, Theodosius Augustus apud Aquilejam, ut Paul. Diac. scriptum reliquit, exercitum clausit, cepitque, & occidit. Victorin filium adolescentem, cognita patris nece, milites Romani, quos in Gallia cum eo reliquerat, extinxerunt. H. Boeth. l. 7. ALARICUM Gothum, qui sub Theodosio M. contra Eugeni-um tyrannum militaverat, Rufini astu evocatum, Graecia per quinquentium direpra, vexata, populataque Pannonia, dira libido incessit Italia invadenda; atque ad eam etiam (quod nefas audire videretur) urbis Romae diripienda. An. igitur 401. exente aestate, irruptionem sibi censurandam, ut bellum perhementem in Italia gereret, cuius etiam fruentis Gothi gens frigidiffimis in locis nata patientiffima esset; sic enim Italos & minimè tum à petuculis hostilibus cautos, & parum ad rem gerendam idoneos propter asperitatem temporis esse futuros. Atque adeo incredibilem victoriam curfa per Veneriam in Italiam irrupit, Infasti H usque progressus, ubi Honorius Imp. morabatur. Scilico proptè ex Rhætia Romanum exercitum adducens, despectatas res restituit, sapsiusque victum Alaricum trans Alpes inglorium se se recipere coegit. Sign. l. 17. Imp. occid.

CONDOLENTIA AMICORUM, Subditorum. SOLON in Elegiis suam ab amicis mortem deseri cupit his verbis: Μὴδ' ἐμοὶ δὲ ἀνὰ τὸν δαίτα τ' ἔλασσε, ἀδύνατον ἵσθρ' ἴσθρ' ἄνθρωπον ἀδύνατον δὲ τοῦ θεοῦ. Ne mihi lugubris veniat mors, sed mihi charis Martorem potius adferat, & Gemitus. HERODES Rex Iudaeorum, cum sumum suum luctu caritum sciret, quod omnes mortem suam lætis accepturi essent amicis, ut vel invitilingerent, in mandatis dedir, ut Hypodromio concludi Judaeorum proceres se extindò trucidarentur. Sed Salome soror crudele mandatum exequi noluit. Josephus.

A PATRIÆ REDITUS AD EXILIO.

JACOBI Patriarcha moriens inunxit Joseph filio, ut in monumentum majorum suorum intreretur, nec relinqueretur in Ægypto. Gen. 49.

JOSEPHI EJUS F. fratribus mandavit, ut & ipsi memorissent, & ita posteris traderent, cum migrarent in terram illam patribus à Deo promissam, ossa sua in eam uti transferrent. Gen. ult.

Apud Homerum, terræ natalis fumum Ulysses optat videri surgentem, unde & ductum proverbium. Sic enim legitur Odissæ a.

Ἰσθάμ' ἔκ' αὐτοῦ σπὴρος κάρτα νόσος αἰ
Ἦε γαίης, θάρσεν' ἰμπίστου.
Exoptans oculis surgentem cernere fumum
Natalis terræ.

HISTORIUS quispiam patria Samius, Datio amicus, ab eodem in Persidem missus est: illic diutius commoranti incensæ patriæ revivendæ desiderium. Verum quum à Rege comitatus impetrare non posset, scripsit ad Aristagotam ex fratre neporem, ut Jones ad defectionem sollicitaret, videretur hac occasione dimitteretur. Aristagoras mente Histiae cogita, totam ferè Joniam ad defectionem traxit. Histiae decessit Jones audiens, Histiazum in consilium adhibuit, quem potissimum in Asiam mittere oporteat ad res componendas. Is persuasit, ut sese mitteret, utpotè idoneum ad faciendam defectionem Jonum. Itaque postquam in Asiam devenisset, jamque in suspitionem venisset Sardium præfecto, tanquam auctor hujus motus fuisset, hoc addidit ab eodem: ἕρω τοὶ Ἰωνεῖς ἔχει τὰ ῥήματα ἕρω τοὶ Σαρδύηαι ἔχει τὰς ἀρχαίας ἐν δὲ Ἀρκαδονίῃ. Sic hæc res habent: Histiazum, tu quem calceum hunc consulti, ceterum Aristagoras induit; significans consilii hujus primum fontem, & auctorem fuisse Histiazum, administratorem Aristagoram. Herod. 1.5. & 6.

GILLUS Tarentinus exul, in Japygia Darii Regis exploratoris captus sua pecunia redemit. Ob quod meritum cum Rex paratus esset donare quicquid veller, optavit tantum se in patriam reduci per Gpidos, Regis intercedente auctoritate. Gaidi tamen à Tarentinis id impetrare non potuerunt. Herod. 1.7.

DEMOCEDES Crotoniensis medicus, quamvis beatus esset apud Dariam Regem, optabat tamen in Græciam redire. Atostæ igitur uxori Darii, quam ab ulcere mammillæ liberatam, persuadet, ut Darius auctor sit expeditionis contra Græcos suscipienda. Quo impetrato, Darius Democeden tanquam speculatore in Græciam cum Persis aliquot misit. Democedes cum in Græciam venisset, Crotonem auferat. Herod. 1.2.

Q. SERTORIUS, quo res sua in Hispania lætiores erant, majoribusque præliis vincebat, ed impensius à Merello, & Pompejo hostium ducibus petebat, ut postis armis liceret sibi tuto Romam reverti: privatam dictans malle se jucundissimo patriæ aspectu frui, quam multarum urbium imperium obtinere. Sab. 1.8. c.1. ex Plur.

CAROLUS VIII. Galliarum Rex subactò regno Neapol. miro desiderio patriam repetendi ardebat, levitate magis sua fuorione incitatus, quam consilii maturitate. In regno enim innumerabiles graviaque principum, & regionum negotia Dinchoata remanebant: necdum victoria plenè ad fastigium perducit erat. Ubi Alex. VI. Pontificis, Maximiliani Imp. Venetorum & Lud. Sfortiz in se intum fœdus accepit, animo vehementer commotus, cum suis, quid in tanto casu agendum esset, deliberabat. Quorum fuit sententia, primo quoque tempore illinc esse discendum, ne fœderatis ad majores apparatus expediendos tempus præberetur. At cum tantæ ejus copie non essent, ut in duas partes distractæ, possent sine periculo, cum Asiam deducere, ad regni defensionem minoræ præsidia, quam necessitas posceret, reliquit. Neque verò illis imminens defectionis signis consilium profectio aut intermissum aut retardatum fuit. Guicciar. lib. 2.

P. A. C. I. S.

TROJANÆ mulieres, cum urbe incensa cum viris in diversas regiones navigassent, ut longis navigationibus finem demùm imponerent, & patriam tandem constituerent, sibi absentibus maritis naves omnes incendunt. Viri ita cuncta moti, cum citato cursu ignem extinguere conarentur, horum osculus ed adacti sunt, ut præsentem casum

æquo animo ferrent, & eodem in loco urbem conderent. Unde apud Romanos confuendo mansit, ut osculando non tantum uxores suos maritos salutarent, sed omnes quoque qui sibi aliquo affinitatis gradu conjuncti essent. Plur. de clar. mulier. c. 1.

Mileti cum Jonibus, quos exceperant, bellum gerebant, quod hi Nelei filios injuria affecerant, & hinc ora ledione Myuntem secessissent. Pythes unus eorum, qui secesserant, filiam habebat Pieriam. Cum autem Mileti die festo sacrificaretur Dianæ, quam illi Neleiam cognominant, misit eam uxorem & filiam, id precatus, ut sibi festo liceret interesse. Ex Nelei verò filiis longè potentissimus erat Phrygius: is captus amore Pieriæ, cogitabat, quæ re posset puellæ quam maximè gratum facere. Cumque illa dixisset, nihil accidere posse gratius, quam si efficeret, ut frequenter Miletum commeare posset multas virginibus comitata; Phrygius intelligens ab illa quærit pacem & amicitiam, bellum composuit. Plur. de mulier. vitæ. & Polyen.

Leo Philosophus Imperator, pacis ita fuit studiosus, ut optaret ea dari tempora, quibus stipendia militum conferret philosophis. Suidas.

QUIETIS.

AGOSTUS CÆsar, cui plura quam ulli unquam obvenisse felicitate tradunt, non desinebat quæterem sibi precari, & vacationem à republica petere, identidemque repetebat, aliquando se victurum sibi. Suet.

LIBERTATIS ACQUIRENDE.

Consule Tit. Prædemia in carceribus effugiende, item, Tyrannidarum, item, Captivitatē non ferre, item, Captivum liberatū. Hic solus affectus consideratur.

Cum ob ledione Magnenti tyranni, Judæi Diocæsariani omnia perturbationem in Romano Imp. plena esse animadvertentes, ipsi opportunitatem sibi oblata tali, arma capiunt, noctu interficiunt milites prædarios, Palestinam invadunt, jugum Romani Imp. à cervicibus suis remoueri. Sed commodus aderat Antiochia Gallus Imperator. Is missis exercitu, Judæos oppressit, caesis multis hominum millibus, usque ad innoxiam ætatem; & civitates eorum, Diocæsarem, quæ & Sepphurim appellatur, Tyberiadem & Diopsolim everit. An. Christi 357. Hieron. in Chronico Socrat. 1.2. c.33. Sæzom. 1.4. c.7.

In itinere, quod Fridericus III. Imp. Roma Neapolim suscepit, Ladislaus puer, Alberti Ungariæ & Bohemiarum Regis posthumus, quum se suis populis denegatari à Friderico agere ferret, injecta suspitione, pædagogico consilio, fugam molitus est. Quum è sententia res minime succederet, rejecta est in pædagogum culpa, & perpetuo is carceri addictus fuit. Bonfin. 1.7. Dec. 3.

DIEI, LUCIS.

C. CALIGULA non plus quam tribus nocturnis horis quiescebat: ac ne his quidem placida quiete, sed pavida miris rerum imaginibus. Ideoque magna parte noctis, vigiliae cubandique tædio, nunc throno resedens, nunc per longissimas porticus vagus, invocare identidem atque expectare lucem consuuebat. Suet. in Caligula.

REI MALÆ.

Consule locum Imprecationum, Tit. Mortis. Ex loco Martyrium huc non pauca. Apud Senec. Troadibus Andromache Ulyssi mortem militanti respondet: Si vis Ulysses cogere Andromachen metu, vitam minare, jam mori vultum est mihi.

Apud Tertul. legitur, cum offitarius quidam Proconsulis Africæ in prætorio clara voce rogavisset, an illic Christiani essent, quos penis de more afferret: plurimos illic subleuata manu dixisse, ex eo numero se esse, ut oppetentes mortem martyrium reportarent. Proconsulem verò eos ad mortem paratos animadvertentem, sic loquutum esse: Ite, proficite vos in mare, quod ante vos est, & montibus domibusque vos date preciptis, aut arboribus vespitōs suspendite: quærite, qui vos condemnent. In Apol.

Tacit. 1.4. scribit, Cocejum Nervam, senatorem, consultum functum, cui legum peritiam à Tiberio in Campaniam proficicente deductum esse. Tum 1.5. Nerva, inquit, contumens principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statū, corpore illeso, moriendi consilium cepit. Quod ut Tiberio cognitum, adfidee, causas requirete, addece preces, tateri

A fateri postremò grave conscientie, grave fame sue, si proximo amicorum nullis motendi rationibus vitam fugeret. Adversatus fermonem Nervæ, absentiam cibi conjunxit. Ferebat gnari cogitationum ejus, quanto propius mala Reip. videret, ita & metu, dum integer, dum intentatus, honestum finem voluit.

Sprangerus Sagas se vidisse narrat, quæ cætera sua confesse, ultro orabat judices, ut se morte plecterent, alioqui se sibi ipsis confecturas mortem, quia se à diabolo, nisi parent, vexari confirmabant. Rodin.

Calamitatis publicæ.

C. CALIGULA palam de conditione temporum suorum dicere solebat, quod nullis calamitatibus publicis insigniretur. Augusti principatum, clade Variana; Tiberii, ruina spectaculorum apud Fidenas, memorabilem factum, sui oblivione imminere prosperitate rerum. Arque identidem exercitum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum alioque terræ oportet. Suet. in Calig.

PERSONARUM. HUC DESIDERIUM

Principum.

B Post Antijoni cædem Rusticus quidam agrum in Phrygia fodiens, cum rogetur à quopiā, quid ageret: suspirans: Antijonium, inquit, quero: i Thyriandem successorem tacite perstringens. Plur. in Phryonia.

Sponsarum. PROCI. RIVALIS.

Proci, ut ambiunt: Rivalis, ut certant. Propter cupiditatem rei amat & hujus sunt loci: propter adjunctam immoderatorem, ad locum Libidinis quoque referri possunt: propter emulacionem denique ad Tit. Amalationis.

Icarium, ajunt, Penelops partem, cursum certamen proci propulsiue. In his ludis Ulyssim victorem fuisse, dubitari nihil potest, ut qui supra Bidæotum prætorium in Minerva æde signum dæx dedicavit, & Ceulethan appellavit, vicis reliquis prociis. Missi verò in curriculum sunt Spartæ præphetæ viam inde dictam in triditæ. Imitatus autem videtur Danaum. Siquidem Danaus cum nancisci non posset, qui ipsius filius duceret, parricidio patruclum pollutas, dimisit, qui nunciarent, nullum se à viris sponsalium nomine manus potescere, verum optionem puellis daturum, ut earum quælibet eum sibi deligeret, ejus maxime esset forma complacita. Verum cum ad eam famam non sanè multi convenissent, cursum certamine proposito, ei qui cæteros superaret, quam ille unguit, secundo alteram, eodemque modo cæteras usque ad extremam locavit. Jam verò quæ viros nocte non essent, expectare jubebat, usque dum novi proci in cursum certamen descenderent. Paul. in Lacon.

Absente Ulysside, Proci ex diversis locis convenerunt, ut cæsitati Penelops infidatuerent: fuerantque Dulychiu. Samii xxiv. Zacynthii xx. Ithacenses xxii. Ex quibus hi ab Homero nominantur, Antinous, Eurynous, Eurymachus, Leocrates, Neso, Pisander, Hefestippus, Agalus, Euphemus citharedus, Demoptolemus, Medon præco, Ovidiana Penelope nonnullos his verbis enumerat: Dulychii, Samique, & quos tulit alta Zacynthos, Tentant in me luxuriosa proci.

Quid tibi Pisandrum, Polybum, Medontaque dirum, Eurymachique avidas, Antinoique manus, Atque alios referant: quos omnes turpiter absens Ipe tuo partis sanguine rebus alis, Præ egesti, peccatique Melantibus auctor adendi, Plurimos accedent in tua damna puor.

Cleopatra foror Alexandri M. fuit, filia Philippi, uxor Alexandri, qui in Italiam expeditionem fecit. Itaque ob ejus generis nobilitatem Cæsarem & Lyfimachus, præterea Antigonus & Ptolemæus, denique omnes duces primarii, post Alexandri mortem, eum in matrimonium ambebant. Quisque enim, cum Macedoniae illud conjugium approbaret speraret, regiam familiam affectabat, tanquam ad se summum imperium translaturus. Cum autem Sardium præfectus demadatum sibi ab Antigono curam Cleopatrz haberet, & illa Antigono inrensâ, ad Ptolemæum proficisci pararet, ejus protectionem impeditabat. Postea ejus jus per quadam mulieres eam dolo peremit. Antigonus notens se cæcis auctorem dici, ex illis mulieribus aliquas, quasi que infidias illi dixissent, & supplicio affecit, & funus regie procuravit. Diod. 1.20.

Clithenis Sicyoni filia Agaristia plurimos habuit procos. Inter cæteros Hippocledem Tifandri filium, & V.

de Tit. Nuptia magnifica) Snyndridem Sybaritam, qui Si- E cionem profectus, mille piscatores, mille aucupes, totidemque coquos conduxit, ne, si postam obtinisset, impatatus esset. Præterea etiam Syrranum & Damnaum, quos ab Italia ad certamen venisse scribant. Venerunt eodem ex Jonio suu Amphimelestus Epidamnius, Ætolus Meges. E Peloponneso Leocycles, Phidonis Argivorum tyranni filius, Amiantus Arcas, Lapbanes Heleus. Ex Artica Megacles Alemaonis filius. Ex Euthria Lyfanias. Ex Theffalia Diacorides Cranonius. Ex Molossis Alcon. Conventerant autem in Græciam, ut in Olympico certamine vires suas ostentaret: quoniam pater puellæ Clithenes proclamaverat, ei se datum filiam, quem in certamine præstantissimum reperisset. Herod. auctor.

Virgilius, Ovid. & Auson. inter procos Didonis numerant Hiabam Getulorum Regem. Propterea Dido ipsa apud Aulonium sic loquitur: Sed furias fugiens, atque arma prociis Hiærbæ, Servat, fætor, morte pudicitiam.

Græca Imperatrici nuptias avidè Carolus M. Imp. expectabat, ut juncto sibi Orientis imperio, imperatoriam dignitatem non recenti solum titulo, sed etiam antiqua possessione repræsentaret. Nec fecit Irene, secunda Caroli fortuna ac virtutis claritate permota, pacem habere cum illo cupiebat. Itaque anno 802. sædas utrinque per legatos invicem missos percussurum, ac confirmatum est. Leo III. Pontifex etiam legatis suis missis, eorum nuptiarum conciliatorem fore professus est neque Irene conditionem aspernabatur. Quod cum agi Nicephorus Patricius & Logothea sensisset, ut id prohiberet, tumultu concitato, Irene comprehendit, eaque Calendis Novembribus abdicare coacta, imperium ipse, legatis Pontificis nondum Urbis profectus, arripuit. Sigon. 1.14. regni Ital.

REGNERUS Norvegius Thoræ F. Herothi Sueonum Regis nuptias ambiens, cum alia ratione eam adipisci non posset, serpentes duos Thoræ thalamum custodientes, seculo magico à nutrice accepto invulnerabilis, interfecti, hocque pacto Thoræ tandem potitus est. Olaus. 1.5. c. 17.

ALPHUS Sigari Danorum Regis F. trucidatis serpentibus, qui Alvilde Sivardi Gothorum Regis conclave turbabantur, eam in conjugem postulavit. Hac quamvis primò consentiens, tamen à matre persuasa, omnem viri congressum plane respuit, atque collecta virginum manu, hinc inde Amazonum instar piraticam exercuit. Sed eam Alphus demùm forte fortuna in extremis Finningie sue Finlandæ recessibus, ex hoste conjugem effecit. Id. Magn. 1.7. c. 10.

LIBERORUM, PROLIS.

Ex Tit. Parris futuri divitiis, non pauca exemplacolliges.

EX S. SCRIPTURA.

ABRAM apud Dominum conquerente, quòd liberis careret, & quòd Elizer, Damascenus servus, suos hæres esset futurus: promisit illi sobolem Dominus. Gen. 15.

SARA, cum se virumque Abram jam grandes natu orthos inspiceret, viro persuasit, ut cum ancilla Agar concumberet, tentaretque, si ex ea filios procreare posset. Quod cum ille fecisset, natusque esset Imael, non alteræ filium, Hæc se natum Sara eum sustulit. Gen. 16. 22.

FILLE Loth cum patre in montem evasive rent Sodomitan incendio. Cum igitur omnes homines incendio peritisse existimarent, humani generis reparandi desiderio accentes, patrem senem vino invitant, & ex ejus concubitu prolem suscipiunt: major quidem natu Moab, minor verò Ammon, à quo Ammonite. Gen. 19.

ANNA Elcanæ Levite Ephratæ uxore, cum propter sterilitatem à Penenna contemneretur, quatuordecim annis cum viro in Silo ad templum veniebat, & Dominum de prole rogabat cum fieri & jejunii: votumque fecit, si Deus miseriam suam respexisset, sibi que virilem sobolem dedisset, eam se Domino in omnem ejus vitam dedituram, neque capiti ejus novaculam admovendam. Heli sacerdos summus cum eam prolixè orantem observaret, & labra tantum moventem, veluti ebriam objurgabat. At illa se excusans, domum rediit, & filium peperit, quem Samuelem vocavit, quòd eum à Deo exorasset. Cumque jam æ incederet & fari posset, eum in Silon duxit, & Heli curæ commisit, ut

A Domino serviret, comam aleret, & aquam biberet. Peperit inde ordine Anna tres filios, & duas filias, cum Heli pro ea apud Dominum intercessisset. *Reg. l. 1. c. 2. Joseph. Antiq. l. 5. c. 15.*

Sic a Deo rogandi liberi, ut Anna Joachim, qua tota Deo confisa, Mariam orbis reginam saluti hominum edidit: sic ut Elisabetha Zachariae, qua etiam sterili Joannem illum Domini nunciu genuit, qui multos filios genuit Christo, quo major nullus ex muliere natus est. Isaac pro Rebecca conjugis sua sterili Dominum oravit, à quo impetravit geminos duorum ingentium populorum auctores. Uxori Manue sterili, modesta ac pudica femina, Angelus Domini Samionem ex ea nasciturum nunciavit, judicem & liberatorem Israelis. Tales accipiunt, quæ sic petunt. Verba Angelicæ Samionem matrem sunt hæc: Sterilis es, & absque liberis: quæ concipies, & paries filium, cuius non tanget caput novacula: erit enim Nazerus Dei ab infanzia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. *L. Vitis de Christi. Fam. l. 2.*

RACHEL Laban F. Jacob Patriarchæ nupta, sterilis sitam agrè ferens, eoque magis quod foror Lia fecunda esset, a marito liberum per juricem cepit postulare. Atque adeo Balam ancillam suam ei subiecit, quæ peperit ei Dan primum, deinde Nephthaim, quos pro suis habuit, & educavit. Lia similiter, cum genere desisset, ancillam suam Zilpam Jacob in conjugium dedit, quæ ei Gad & Asa peperit. *Gen. 30.*

THAMAR Judææ nobili marito orbatam, cum videret Selam filium Judæ adolevisse, necque foror sibi jungeri, qui fratribus defunctis semen excitaret: habitu meretricio in via, qua itur Thammam, sedens, Judæ prætereuntis sese prostituit, & arthabonis loco ab accepto anululo, armillam, & baculum, donec hircum ei donum mitteret. *Gen. 38.*

DUÆ meretrices in iisdem habitabant ædibus. Cum altera filium ex injuria susceperat, alterius filium viventem suum esse dicebat. Lis Salomonis Regis sapientia rudimento discussa fuit. *3. Reg. 3.*

EZECHIAS Judæorum Rex graviter laborans, cum ab Esaiâ Propheta didicisset, sibi moriendum esse, magno dolore affectus est. A Domino igitur vitæ prolongationem obtulit. *4. Reg. 20.*

EX HISTORIIS PROPHEANIS.

Cum Her cules Auceam Eleorum Regem cepisset, eundem tamen unum cum captivis Phylco Auceæ F. condononasset, & liberasset: Eleorum femina orbaram virili robore patriam miseratæ, Palladi vota nuncuparunt, si gravidæ ad primos virorum congressus fierent. Ejus voti damnata, Mincivæ matri templum dicarunt. Et locus quidem, quo primus ille congressus marium & feminarum factus, Bady nomen est. Flumen etiam ipsium, quod agrum præterfluit, Bady patria voce appellatur. *Paus. l. 5.*

HYRIOS Neptuni & Alcyones F. cum Dii hospitium ejus accedentes, Jupiiter, Neptunus & Mercurius, & ab illo liberaliter tractati fuissent, ut quodcumque liberet, optaret: cum adhuc sine filiis esset, filium poposcit, Urionemque five Orionem ab iis impetravit. *Nat. Com. Mythol. l. 3. cap. 13.*

THESPIVS Rex Bæotia famam rerum ab Hercule gestarum perceptor, ut ex filiabus totidem præstantes robore & sapientia filios susciperet, Herculeum ad convivium invitatum ebrium fecit, ut omnes quinquaginta filias eadem nocte videret, præter unam, quæ, ut testatur *Paus. in Bæotic. perperit* sibi sacerdotium potius indixit. Ferunt, singulas earum mares filios peperisse: præter majoris & minoris ætatis duas, quæ geminos pepererunt. Fuerunt qui dixerint, singulas singulis nobilibus cum Hercule concubuisse. *Nat. Com. Mythol. l. 7. c. 1.*

LYRCVS Phoronei F. ducta in uxorem Ilesia Ebiæli Cauniorum Regis F. cum ei nulli liberi nascerentur, Dodoneum oraculum consulit. Quod respondit, Filium geniturum cum ea, cui primum de templo digressus commiseretur. Ille gavisus domum ad uxorem properans, in via ad Staphylum Dionysii F. Bubasti divertit. Qui cognito oraculo amicæ cum excepit, neque vino orbatam illam Hemitheam subiecit. *Partho.*

THALETA, qui unus etat ex septem, *Plur. scilicet metu, & quo confici parentes solent ex filiorum interitu, vel alia quavis calamitate, à nuptis revocatum & liberorum procreatione. Verum demisso (inquit) animo atque abjecto censendus est, qui amittendi metu, rerum possessionem refugit. Cal. l. 28. c. 18.*

Solon, qui Atheniensibus leges condidit, illud per absurdum induxisse videtur, cum uxori permisit, si ad rem venerem minus idoneus videretur deprehenderetur, matris prosequos admittere. *Cal. l. 28. c. 15.*

Apud Spartanos lege sancitum erat, ut senior, si forte uxor ei esset floridior, aptaque etiamnum tollendæ proli, & juvandæ patriæ, delectum ex junioribus quempiam, moribus præcipue exploratis probisque, posset ad eam admittere. Quam ubi is generoso impleset seminio, quod inde natum foret, educaret, ut conceptum natumque legitimum. Quod si quis uxorium onus ut molestum gravaretur, nimisque impeditum, ingenue tamen prolis desiderio obmollietur: tunc licebat, si quam is fecundam generosamque animadvertisset, adducto prius in ejsmodi sententiam viro, eam querendæ prolis gratia adire. *Cal. l. 18. c. 1. A. L.*

Scythæ Vexoris Ægyptii armis irritati, Asiam universam xxv. annorum spatio tenuerunt. Postremò, uxorem legatione commotit. Huic olim præfuit Jacobus Appianus, ex Paula nobilissima femina, Martini V. Rom. Pontificis fore natus, pacificus Princeps, & à vicinis amatus. Qui cum ex conjugis virilem sobolem non susciperet, extra matrimonium heredem querens, concubinam amare cepit. Cuius cum venter intumisset, & jam patiendi prope tempus adesset, incredibili gaudio gestiens, Florentinus ac Senensis, legatos uti ad se mitteret, ac partum de sacro fonte levarent, magnis precibus invitavit. Venerè ad diem dictam legati. Mulier inter obstetricum manus diu laborans, Æthiopo tandem peperit. Quæ res ut in tumidum in populo cæchinnique excitavit, ita & compaternitates & lætitiarum Principis interripit. Tibicen tum fortè Maurus in familia ejus etat, ex quo natum puerum credidit. Qui mox obi detectum flagitium intellexit, saluti suæ fuga consuluit. Mortuo Jacobo, Raynaldus Ursinus, vir rei militaris peritus, in ejus locum substitutus est, non suo iure, sed conjugis, quæ Jacobus filia fuisset. *Æn. Syl. c. 56. Europ.*

Mortuo eo: Castellonenſi Rege ejus nominis ultimo, suspensus fuit Henricus & Elizabetha filii. Henricus ad procreationem impotens, & à sorore sepius audire coactus, etiam invito ipſo, se post eum regnaturus: ita commotus fuit, ut Hispaniam juveni Beltramo Cuençæ, quem Aburchenchem ducem crearat, uxorem supposuerit, ex qua etiam filium suscepit. Quæ res gravissimorum bellorum fomes exiit. *Fulg. l. 9. c. 3.*

Gundo Dux Urbinas, priuquam conjugem ex Columnensi familia duceret, anxius, quoniam pacto in gente sua imperium propagaret, concubinam ex se prægnantem simulavit. Exin Bernardini Cardensis agnati sui, præclari copiarum ducis, filium, tum fortè natum, supponi pro suo nutritique iussit, Frederici nomine indito. Sed conjugio deinde contracto, cum filium legitimum Odoneum iussulisset, conversam in eum cura, Fredericum adhuc puerum militia tradidit, in quæ ille ad etatem ulque vitilem perseveravit. Deinde Odone ob libidinem populari tumultu caeso, vocatus à populis, Urbaniatum factus est Princeps. Clavis vir, & Castrensibus disciplinis apprime institutus, cui nec in administrandis rebus bellicis consilium, nec in capessendis periculis animus unquam desuit: nec verò factus, quam fide clarior, quæ quidem vel maximè parvi, cum Franciscum Sforziam, fortunæ afflatu jam per desertum, constantissimè juvit, ac fovit. Indignus profecto, qui militari ludo dextrum perdidit oculum. *Æn. Syl. c. 61. Europ.*

Servorum & Familiarum.

DE ATOSA natat *Herod.* illam ad bellum Græciæ inferendum Darianum maritum sollicitasse, Lacenarum, Argivorum, Atticorum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incensam.

DESIDERIUM NULLUM ABSENTIUM, ET FUTURORUM BONORUM. UTRUPR. P. A. T. I. E.

Tanausius Gothorum five Scytharum Rex, qui uxoris Ægyptii Regis tributum flagrantis insolentia commotus, Asiam totam sibi exercitari fecit, uxorum precibus & miltis domum cum tributari redire cogebat. Sed etiam in ejus

A BASILIUS Macedo Imp. videndi filii Constantini mortui percupidus, Theodori Santabarini (qui se Regi filium monstraturum viveoet inter frondosa virgulta equo insidentem promiserat) præliis, filii spectum vidit & amplexatus est. *Zonar.*

Uladislaus I. Polonorum Rex Juditham, Uratislai Boemorum Regis filiam, uxorem duxerat. Quæ cum diu sterilis fuisset, admonita à Lamberto Episcopo Cracoviensi, mittit oratores in Narbonensem provinciam ad monasterium divi Ægidii, ubi corpus sancti illius viri conditum erat, cum amplissimis donariis. Inducitur monachus tridui jejunium: oratur Deus, ut intuitu gratiosus servi sui Ægidii, masculinam prolem concedat piis principibus. Triduo illo revelatur per vitium seni cuidam & pio monacho, impetratum esse, quod tanto studio petitum esset. Dimittantur cum se cetera oratores: reverti reperti Juditham gravidam: quæ postea maturo partu puerum edidit, cui Boleslaus nomen inditum est. Juditha post quartum mensem à partu extremum elapsa diem, femina pietatis in primis & beneficentiæ dedita: quæ & ipsa facultates suas, mundumque multibrem penè omnem in usus pauperum, & ad cultum templorum viva elargita est. *Cromer. l. 5.*

Plumbinum Hetruriz oppidum est, ex Populoniae ruinis edificatum. Huic olim præfuit Jacobus Appianus, ex Paula nobilissima femina, Martini V. Rom. Pontificis fore natus, pacificus Princeps, & à vicinis amatus. Qui cum ex conjugis virilem sobolem non susciperet, extra matrimonium heredem querens, concubinam amare cepit. Cuius cum venter intumisset, & jam patiendi prope tempus adesset, incredibili gaudio gestiens, Florentinus ac Senensis, legatos uti ad se mitteret, ac partum de sacro fonte levarent, magnis precibus invitavit. Venerè ad diem dictam legati. Mulier inter obstetricum manus diu laborans, Æthiopo tandem peperit. Quæ res ut in tumidum in populo cæchinnique excitavit, ita & compaternitates & lætitiarum Principis interripit. Tibicen tum fortè Maurus in familia ejus etat, ex quo natum puerum credidit. Qui mox obi detectum flagitium intellexit, saluti suæ fuga consuluit. Mortuo Jacobo, Raynaldus Ursinus, vir rei militaris peritus, in ejus locum substitutus est, non suo iure, sed conjugis, quæ Jacobus filia fuisset. *Æn. Syl. c. 56. Europ.*

Mortuo eo: Castellonenſi Rege ejus nominis ultimo, suspensus fuit Henricus & Elizabetha filii. Henricus ad procreationem impotens, & à sorore sepius audire coactus, etiam invito ipſo, se post eum regnaturus: ita commotus fuit, ut Hispaniam juveni Beltramo Cuençæ, quem Aburchenchem ducem crearat, uxorem supposuerit, ex qua etiam filium suscepit. Quæ res gravissimorum bellorum fomes exiit. *Fulg. l. 9. c. 3.*

Gundo Dux Urbinas, priuquam conjugem ex Columnensi familia duceret, anxius, quoniam pacto in gente sua imperium propagaret, concubinam ex se prægnantem simulavit. Exin Bernardini Cardensis agnati sui, præclari copiarum ducis, filium, tum fortè natum, supponi pro suo nutritique iussit, Frederici nomine indito. Sed conjugio deinde contracto, cum filium legitimum Odoneum iussulisset, conversam in eum cura, Fredericum adhuc puerum militia tradidit, in quæ ille ad etatem ulque vitilem perseveravit. Deinde Odone ob libidinem populari tumultu caeso, vocatus à populis, Urbaniatum factus est Princeps. Clavis vir, & Castrensibus disciplinis apprime institutus, cui nec in administrandis rebus bellicis consilium, nec in capessendis periculis animus unquam desuit: nec verò factus, quam fide clarior, quæ quidem vel maximè parvi, cum Franciscum Sforziam, fortunæ afflatu jam per desertum, constantissimè juvit, ac fovit. Indignus profecto, qui militari ludo dextrum perdidit oculum. *Æn. Syl. c. 61. Europ.*

Servorum & Familiarum.

DE ATOSA natat *Herod.* illam ad bellum Græciæ inferendum Darianum maritum sollicitasse, Lacenarum, Argivorum, Atticorum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incensam.

DESIDERIUM NULLUM ABSENTIUM, ET FUTURORUM BONORUM. UTRUPR. P. A. T. I. E.

Tanausius Gothorum five Scytharum Rex, qui uxoris Ægyptii Regis tributum flagrantis insolentia commotus, Asiam totam sibi exercitari fecit, uxorum precibus & miltis domum cum tributari redire cogebat. Sed etiam in ejus

exercitu complures, qui cum dominæ uxores, nec liberos haberent, viderentque ameniores Afæ terras, capti eorum pulchritudine, Regem orant, ut finat se ibidem sedes collocare, intercedente Serino Medorum Rege. Sed cum cæteri eorum separationem ægris ferrent, convitio profumanti abeunt, eos Parthos sua lingua vocarunt, hoc est, transfugas, vel timidos, quod partium fugissent, & Particum regnum fundassent. Regi igitur Medorum Serino Tanausius principatum omnium gentium à se devictarum liberalissima donatione concessit, contentus gloria præmio. *Jo. Magn. l. 1. c. 25.*

CONDOLENTIÆ AMICORUM.

ENNIUS mortem suam minime lugeri vult. Inquit enim: *Nemo me lachrymis decoret, neque fovera fletu.*

Æxi. Chr. Vultis namque per ora virum.

Neque enim putat lugendam mortem, quam consequitur immortalitas. *Cic. l. 1.*

A D I T I O N I S.

AGESILAVS Rex Spartanorum, cum invitaretur ad audiendum eum, qui vocem luciniae referrebat: Ipsam, inquit, audivi frequenter. *Plur.*

Absentes accusare. **¶** Quere Accusatio.

Absentia jactura. **¶** Quere Dux.

Absentia cognoscere. **¶** Quere Magia.

Absolutio.

* D E F I N I T I O & E T Y M O L O G I A.

ABSOLUTIO dupliciter sumitur: vel pro rei inchoatæ perfectione, Gr. *τελειωσις*, Hebr. *שֵׁבֶת*, finis: vel pro liberatione, Hebr. *בִּישׁוּב*, Gr. *ἀποδουλις*. De hac posteriore significatione hic agimus: forte vocabulum est, condemnationi oppositum. Illi enim dicuntur absolvi, qui coram iudicibus pertractati, causa cognita dimittuntur, justificantur, accusationum, legum, obligationum variarum vinculis solvantur.

Coram hominibus Absolutio illa dupliciter consideratur: G vel respectu Absolventis, vel respectu Absoluti. Agens absolvitur inductus, vel pretio, & inter avaros locum meretur: vel gratia & amore, & ad amicitiam pertinet: vel æquitate, & iusti appellationem sibi. Patiens verò absolvitur: primo quidem à crimine, de quo fuerat accusatus: secundario autem à pœna tum animi, tum corporis. (à quo supplicio) tum fortuna, à multa.

Coram Deo, est liberatio à peccatis seu reatu, ab ira Dei, pœnis æternis, denique tum à Satanæ, tum à conscientia accusatione. Hæc fit in terra & in cælis, eo modo quem Theologi prolixè declarant, ex illis Domini verbis, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. *Joan. 20.*

ABSOLUTIO PROBORUM

I N S O N T U M.

Cum quinquaginta Danai filia patruales suos, Ægypti filios, prima nuptiarum nocte interemisset, Hypermetram Danaus in iudicium vocavit, quod una ex omni filiarum numero Lynceum maritum conservando, patris imperata facere neglexisset. Nam qui ex Lynce salute periculo care non posse putaret, ab ea, quæ mandatum facinus uti foret non posse perpertrasse, insigni se notatum infamia interpretabatur. At Argivorum illa sententia in vico, qui ex illo iudicio Criterius fuit dictus, contra patrem quantumvis Regem absolutam, in ejus iudicii memoriam Venerem Nicophon dictam, quæ victoriam præfert, Argis dedicavit, in templo Apollinis Lycii & Dianæ: insuper Suadela ad eum erexit. *Paus. in Corin.*

Themistocles, dum profugus viveret cum Xerxe Persarum Rege, à Mandane Regis sorore, filiaque Darii, qui Magos deleverat, ejus duo filii in prælio ad Salaminem duce Themistocle obierant, accusatus est. Petebat, ne Xerxes orbitatem suam despiceret: ne nunc multos filios suos fineret, quando severissimum hostem, à quo interfecti essent, in manu sua & potestate haberet. Cum multitudinem concitata Themistocles deposceretur, Xerxes Principibus Persarum iudicium reliquit: quod illi re cognita judicasset, id se fieri permisit. Ita sedato tumultu, dies longior instrudende atque ordinande accusationi præstituta est. Quo intervallo cum Themistocles linguam Persicam didicisset, ita pro